UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 vtrum excuset, vel diminuat peccatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

& ſuper illud Mat.26.Orauit tertio eundem ſermo nē &c. dicit * gloſ. quòd triplex eſt malus timor,ſ. timor mortis,timor doloris,& timor utilitatis.nō ergo peccatum timoris opponitur fortitudini.

Eſt Auguſ. lib.1. quæſt. Euang. cap. 47.tom.4.

¶ 2 Præt.Præcipuum quod commendatur in fortitudine, eſt quòd ipſa exponit ſe periculis mortis: ſed quandoq; aliquis ex timore ſeruitutis,uel ignominiæ exponit ſe morti, ſicut ∗ Aug. in 1.de ciuit. Dei narrat de Catone,qui ut non incurreret Cæſaris ſeruitutem,morti ſe tradidit. ergo peccatum timoris non opponitur fortitudini,ſed magis habet ſimilitudinem cum ipſa.

Lib. 1. c. 24. tom. 5.

¶ 3 Præt. Omnis deſperatio procedit ex aliquo timore: ſed deſperatio non opponitur fortitudini, ſed magis ſpei, ut ſupra * habitum eſt.ergo neque peccatum timoris opponitur fortitudini.

* q.20.ar.1- & 1.2. q.40. art.4.

Sed contra eſt, quòd † Philoſoph. in 2.& 3. Ethic.timiditatem ponit fortitudini oppoſitam.

c.7. tom.5.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra ∗ dictum eſt, omnis timor ex amore ꝓcedit: nullus enim timet niſi contrarium eius quod amat:amor autem non determinatur ad aliquod genus uirtutis, uel uitij; ſed amor ordinatus includitur in qualibet uirtute: quilibet enim uirtuoſus amat proprium bonū uirtutis; amor autem inordinatus includitur in quolibet peccato.Ex amore enim inordinato procedit inordinata cupiditas: unde ſimiliter inordinatus timor includitur in quolibet peccato, ſicut auarus timet amiſſionē pecuniæ, intemperatus amiſſionē uoluptatis,& ſic de alijs: ſed timor præcipuus eſt periculorum mortis,ut probatur in * 3.Ethic.& ideo talis timoris inordinatio opponitur fortitudini, quæ eſt circa pericula mortis, & propter hoc antonomaſice dicitur, timiditas fortitudini opponi.

Supra q. 19. art.3.& 1.2. q.43.art.1.

Lib. 3. c. 6. tom.5.

Ad primvm ergo dicendum,quod authoritates illæ loquuntur de timore inordinato communiter ſumpto, qui diuerſis uirtutibus opponi poteſt.

Ad secvndvm dicendum, quòd actus humani præcipuè dijudicantur ex fine, ut ex ſupra ∗ dictis patet.Ad fortem autem pertinet, ut ſe exponat periculis mortis propter bonum:ſed ille qui ſe periculis mortis exponit, ut fugiat ſeruitutē, uel aliquid laborioſum, a timore uincitur, quod eſt fortitudini contrarium. Vnde * Philoſ. dicit in 3. Ethic.ꝙ mori fugientem inopiam, uel captionem, uel aliquid triſte, non eſt fortis, ſed magis timidi.Mollities eſt enim fugere laborioſa.

1.2. q.1.art. 3. & q. 18. art. 6.

Lib. 3. c. 8. tom. 5.

Ad tertivm dicendum, quòd ſicut ſupra * dictum eſt,ſicut ſpes eſt principiū audaciæ, ita timor eſt principium deſperationis.Vnde ſicut ad fortē, qui utitur audacia, moderate præexigitur ſpes, ita econuerſo deſperatio ex aliquo timore procedit. Non autē oportet, quòd quælibet deſperatio procedat ex timore quolibet, ſed ex eo qui eſt generis ſui.Deſperatio autem quæ opponitur ſpei,ad aliud genus refertur, ſcilicet ad res diuinas:timor autem qui opponit̄ fortitudini, pertinet ad pericula mortis.Vnde ratio non ſequitur.

1. 2. q. 45. art.2.

Articvlvs III.

Vtrum timor ſit peccatum mortale.

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur, quòd timor non ſit peccatum mortale. Timor enim, ut ſupra * dictum eſt, eſt in iraſcibili, quæ eſt pars ſenſualitatis: ſed in ſenſualitate eſt tantum peccatum ueniale, ut ſupra † habitū eſt. ergo timor non eſt peccatum mortale.

1. 2. q. 24. art. 1.
1. 2. q. 74. art.4.

F ¶ 2 Præterea. Omne peccatum [...] auertit à Deo: hoc autem non fa[...] per illud Iudith.7.Qui formido[...] gloſ.quòd timidus eſt qui primo [...] ſum trepidat,non tamen corde te[...] ri & animari poteſt. ergo timor [...] mortale.

¶ 3 Præterea.Peccatum mortale [...] hit à perfectione, ſed etiam à pr[...] non retrahit à præcepto, ſed ſol[...] quia ſuper illud Deuteron.20. Qui [...] midoloſus,& corde pauido &c. dicit [...] poſſe quemquàm perfectionem [...] uel militiæ ſpiritualis accipere, q[...]

G renis operibus pertimeſcit. ergo ti[...] catum mortale.

Sed contra eſt, quòd ꝓ ſolo pe[...] debetur pœna inferni,quæ tamen [...] cundū illud Apoc.21.Timidis,& in[...] cratis &c. pars erit in ſtagno ignis & [...] eſt mors ſcđa.ergo timiditas eſt pecc[...]

Respon. Dicendum,quòd ſicut [...] eſt,timor peccatum eſt ſecundū quod [...] tus,prout.ſ.refugit,quod nō eſt ſec[...] refugiendum. Hæc autē inordina[...] doque quidem conſiſtit in ſolo app[...] non ſuperueniente cōſenſu rationis [...] ſic non poteſt eſſe peccatum morta[...]

H niale.Quandoque uerò huiuſmodi [...] moris pertingit uſque ad appetitum [...] dicitur uoluntas,quæ ex libero arbi[...] quid nō ſecundum rationem;& t[...] timoris quandoque eſt peccatum mo[...] doque ueniale. Si enim aliquis pro[...] quo refugit periculum mortis,uel q[...] temporale malum ſi diſpoſitus eſt [...] prohibitum, uel prætermittat aliqu[...] ceptum in lege diuina,talis timor [...] tale:alioquin erit peccatum ueniale.

Ad primvm ergo dicendum, q[...] dit de timore ſecūdū qđ cōſiſtit [...]

Ad secvndvm dicēdum, qu[...] la pōt intelligi de timore in ſen[...]

I uel poteſt melius dici, quòd ille [...] cuius animū timor uincit irre[...] contingere,quòd etiam ſi timor [...] le,non tñ aliquis ita obſtinate [...] ſionibus reuocari poſſit: ſicut [...] mortaliter peccans, concupiſc[...] reuocatur,ne opere impleat quod [...]

Ad tertivm dicendum, quod [...] tur de timore reuocāte hoīem a bo[...] eſt de neceſſitate ꝑcepti, ſed de [...] Talis autem timor non eſt pecc[...] qñque ueniale,quandoque etiam [...] puta,cum aliquis habet rōnabilem [...]

K

Articvlvs IIII.

Vtrum timor excuſet à pecc[...]

Ad Qvartvm ſic proceditur. [...] mor non excuſet à peccato. T[...] peccatum,ut * dictum eſt.ſed pe[...] ſat a peccato,ſed magis aggrauat [...] non excuſat à peccato.

¶ 2 Præt.Si aliqs timor excuſat [...] excuſaret timor mortis, qui dici[...] tem uirum;ſed hic timor nō [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cum mors ex neceſſitate immineat omnibus, non uidetur eſſe timenda. ergo timor non excuſat a peccato.

¶3 Præt. Omnis timor aut eſt mali temporalis, aut ſpiritualis: ſed timor mali ſpiritualis non poteſt excuſare peccatum, quia non inducit ad peccandum, ſed magis retrahit a peccato. Timor etiam mali tẽporalis non excuſat a peccato, quia ſicut * Philoſ. dicit in 3. Ethicor. inopiam non oportet timere, neque ægritudinem, neque quæcumque non a propria malitia procedunt. ergo uidetur quòd timor nullo modo excuſet a peccato.

Sed contra eſt, quod dicitur in * Decret. 1. q. 1. Vim paſſus, & inuitus ab hæreticis ordinatus, colorem habet excuſationis.

Respon. Dicendum, quòd ſicut ſupra * dictum eſt, timor intãtum habet rationem peccati, inquantum eſt contra ordinem rationis. Ratio autem iudicat quædã mala eſſe magis alijs fugienda: & ideo quicumque, ut fugiat mala, quæ ſecundum rationem ſunt magis fugienda, non refugit mala, quæ ſunt minus fugienda, non eſt peccatum: ſicut magis eſt fugienda mors corporalis, quàm amiſſio rerum temporalium. Vnde ſi quis propter timorem mortis, latronibus aliquid promitteret, aut daret, excuſatur a peccato quod incurreret, ſi ſine cauſa legitima prætermiſſis bonis, quibus eſſet magis dandum, peccatoribus largiretur. Si autem aliquis per timorem fugiens mala quæ ſecundum rationem ſunt minus fugienda, incurrat mala quæ ſecundum rationem ſunt magis fugienda, non poſſet totaliter a peccato excuſari, qa timor talis inordinatus eſſet. Sunt autem magis timenda mala animæ, quàm mala corporis: corporis autem magis, quàm mala exteriorum rerum. Et ideo ſi quis incurrat mala animæ, ideſt, peccata, fugiens mala corporis, puta, flagella, uel mortem, aut mala exteriorum rerum, puta, damnum pecuniæ, aut ſi ſuſtineat mala corporis, ut uitet damnum pecuniæ, non excuſatur totaliter a peccato. Diminuitur tamen ſecundum aliquid eius peccatum, quia minus uoluntarium eſt, quod ex timore agitur. Imponitur enim homini quædam neceſſitas aliquid faciendi propter timorem imminentem. Vnde * Philoſophus huiuſmodi, quæ ex timore fiunt, dicit eſſe non ſimpliciter uoluntaria, ſed miſta ex uoluntario, & inuoluntario.

Ad primum ergo dicendum, quòd timor non excuſat ex ea parte qua eſt peccatum, ſed ex ea parte qua eſt inuoluntarium.

Ad secundum dicendum, quòd licet mors omnibus immineat ex neceſſitate, tamen ipſa diminutio temporalis uitæ eſt quoddã malum, & per conſequens timendum.

Ad tertium dicendum, quòd ſecundum Stoicos, qui ponebant, bona temporalia non eſſe hominis bona, ſequitur ex conſequenti, quòd mala temporalia non ſint hominis mala, & per conſequens nullo modo timenda: ſed ſecundum * Auguſt. in lib. de liber. arbit. huiuſmodi temporalia ſunt minima bona: quod etiam Peripatetici ſenſerunt. & ideo contraria eorum ſunt quidem timenda, non tamen multum, ut pro eis recedatur ab eo, quod eſt bonum ſecundum virtutem.

A

QVAESTIO CXXVI.

De uitio intimiditatis, in duos articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de uitio intimiditatis.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum intimidum eſſe ſit peccatum.

¶ Secundò, Vtrum opponatur fortitudini.

B

Articvlvs primvs.

Vtrum intimiditas ſit peccatum.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, quòd intimiditas non ſit peccatum. Quod enim ponitur in commendationem uiri iuſti, non eſt peccatum: ſed in commendationem uiri iuſti dicitur Prouer. 28. Iuſtus quaſi leo confidens abſq; terrore erit. ergo eſſe impauidum non eſt peccatum.

C

¶2 Pręt. Maximum terribilium eſt mors, ſecundum * Philoſ. in 3. Ethic. ſed nec mortẽ oportet timere, ſecundũ illud Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus &c. nec etiam aliquid quod ab homine poſſet inferri, ſecundum illud Iſa. 51. Quis tu, ut timeas ab homine mortali? ergo impauidum eſſe non eſt peccatum.

Lib. 3. c. 6. a medio, to. 5.

¶3 Præt. Timor ex amore naſcitur, ut ſupra * habitum eſt: ſed nihil mũdanum amare pertinet ad perfectionem uirtutis,

D

quia ut † Auguſt. dicit in 14. de ciuit. Dei, amor Dei uſque ad contemptum ſui facit ciues ciuitatis cęleſtis. ergo nihil humanum formidare, uidetur non eſſe peccatum.

Ar. præced. art. 2.

lib. 14. c. 28. in prin. to. 5.

Sed contra eſt, quod de iudice iniquo dicitur Luc. 18. quòd nec Deum timebat, nec hominem reuerebatur.

Respon. Dicẽdum, ꝙ quia timor ex amore naſcitur, idem iudicium uidetur eſſe de amore, & timore. Agitur autem nunc de timore, quo mala tẽporalia timẽtur, qui prouenit ex temporalium bo-

E

norum amore. Inditum autem eſt unicuique naturaliter, ut propriam uitã amet, & ea quæ ad ipſam ordinantur cum debito modo, ut ſcilicet amentur huiuſmodi non quaſi finis cõſtituatur in eis, ſed ſecundum quod eis utendũ eſt propter ultimũ finẽ. Vnde ꝙ aliquis deficiat a debito modo amoris ipſorũ, eſt contra naturalem inclinationẽ, & per conſequens eſt peccatum. Numquàm tamẽ a tali amore aliquis totaliter decidit, quia id quod eſt naturale, totaliter perdi non poteſt: propter quod Apoſtolus dicit ad Ephe. 5. Nemo umquàm carnem ſuam odio habuit. Vnde etiã illi qui ſeipſos interimunt, ex amore carnis ſuæ hoc faciunt, quam uolunt a

¶ *Super Quæſtionem centeſimamuigeſimamſextam.*

In tota quæſt. 126. nihil aliud occurrit ſcribendum, niſi attentos reddere lectores, quòd author in art. 2. in reſponſione ad tertium, in calce non dicit, ꝙ fortitudo ſecũdũ diuerſa media habeat diuerſa extrema, ut Martinus imponit ſibi ex hac reſponſione, bis, ſcilicet, in q. 1. & q. 12. Sed dicit, ꝙ non eſt inconueniens, ꝙ fortitudo ſecundum diuerſa, habeat diuerſa extrema. Aliud eſt enim dicere, ſecundũ diuerſa: & aliud, ſecũdum diuerſa media. Fortitudo nãq; unum tantum mediũ habet formaliter, ſcilicet ad maxima, & optima pericula inclinare ſecũdum qđ oportet, quãdo, ubi, ſicut &c. Sed qa hoc medium in pluribus paſsionib⁹ ponit tãquàm in materijs: ideo non inconuenit ſecũdũ diuerſas paſſiones habere diuerſa extrema, & hic eſt ſenſus literæ. Vnde inferius in q. 131. art. 2. ad primum, author ponens plura extrema per exceſſum, reſpectu magnanimitatis, clarius hãc eandem ſententiam replicat dicens, Non eſt inconueniens ſecundum diuerſa, eſſe plures exceſſus uni⁹ medij, hæc ille: ſed de his latior erit in quæſtio. 128. ſermo, vbi Martino reſpondebitur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN